UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Grundtlicher warhafftiger Bericht inn drey vnd dreissig Conclusiones verfaßt/ Wie das die vermeinten Euangelischen Predicanten/ nit allein von der letsten/ sonder auch von der Ersten Römischen vnnd ...

Haidlauff, Sebastian

Gedruckt zů Jngolstatt

VD16 H 852

handschriftliche Notizen

urn:nbn:de:hbz:466:1-36929

Visual Library

Augustinus ad Fortunatianum ep. ...

Neq; quorumlibet disputationes, quamuis Catholicorum & laudatorum hominum, veluti Scripturas Canonicas habere debemus, vt nobis non liceat salua honorificentia, quae illis debetur hominibus, aliquid ex eorum scripturis improbare atq; respuere.

Ambrosius de Virginib. lib. 4.

Nos noua omnia, quae Christus non docuit iure damnamus, quia fidelibus via Christus est. Si igitur Christus non docuit, quod docemus, etiam nos id detestabile iudicamus.

August. lib. 2. contra Cresconium Grammaticum cap. 32.

Ego huius Epistolae autoritate non teneor, quia literas Cypriani, non vt Canonicas habeo, sed eas ex canonicis considero, & quod in eis diuinarum Scripturarum autoritati conuenit, cum laude eius accipio: quod autem non conuenit, cum pace eius respuo.

Tria his verbis docet August. primum est, magnum inter Scripturas Canonicas & patrum scripta, esse discrimen. Alterum, quod cum iudicio sint legenda iuxta Pauli doctrinam: omnia probare, & quod bonum ac scripturae consonum est, retinere iubet. Tertium, Scripturam sacram, in omnib. reb. dubijs ac controuersijs, vnicum esse Iudicem.

Idem ad Vincentium Donatistam Ep. 48.

Noli frater, contra diuina, tam clara, tam indubitata testimonia, colligere velle calumnias ex Episcoporum scriptis, siue nostrorum, siue Hilarij, Primò, quia hoc genus literarum, ab authoritate Canonis distinguendum est. Non enim sic leguntur, tanquam ita ex eis testimonium proferatur, vt contra sentire non liceat, sicubi forte aliter senserint, quam veritas postulat. &c.

Item ad Vincentium Victorem lib. 2.

Negare non possum, nec debeo, sicut in ipsis maioribus, ita multa esse in tam multis opusculis meis, quae possunt iusto iudicio, & nulla temeritate culpari.

Item ad Hieronymum Ep. 19.

Ego enim fateor charitati tuae, solis eis scripturarum libris, qui iam Canonici appellantur, didici hunc honorem timoremq; deferre, vt nullum eorum authorem scribendo aliquid errasse firmissimè credam, &c. Alios ita lego, vt quantalibet sanctitate doctrinaq; praepollent, non ideò verum putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi per illas Canonicas, vel probabili ratione, quod à vero non abhorreat, persuadere potuerunt, &c.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Augustinus ad Paulinam de videndo Deo.

Si diuinarum Scripturarum, earum ſcilicet, quæ Canonicæ in Eccleſia nominantur, perſpicua firmatur autoritate aliquid, ſine vlla dubitatione credendum eſt. In vero teſtibus, vel teſtimonijs, quibus aliquid credendum eſſe ſuadetur, ſibi credere vel non credere liceat, quantum merit ea admonentem, ad faciendam fidem vel habere, vel non habere perpendens.

Ambroſius lib. 1. Officiorum.

Quæ in Scripturis ſacris non reperimus, ea quemadmodum volumus, ſperare poſſumus.

Chryſost. in opere imperfecto in Matt. Homil. 49.

Oſtendens per hæc Dominus, quomodo ex ipſis Eccleſijs veris, frequenter eſſe ſeductores, propterea nec ipſis omninò credendum eſt, niſi ea dicant et faciant, quæ conuenientia ſunt Scripturis.

Theophylactus in Ep. ad Rom. Cap. vlt.

Qui aliquid adferunt præter Apoſtolorum doctrinam, ſcandala ac hæreſes, & diſſenſiones inducunt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN